



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis
Prædicatorum**

Nicolaus <Eymericus>

Venetii, 1607

Ex Extraugantibus communibus, Bonifac. VIII. tit. de maioritate, &
obedientia, cap. 1. Vnam Sanctam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

Prima pars Directorij

34

Patri & sancto Spiritui. Nec enim alium Deum verbum, & alium Christum cognoscimus, sed unum atque eundem ipsum consubstantialem patri secundum diuinitatem, & consubstantiam nobis eundem ipsum secundum humanitatem, passibilem carne, eundem ipsum impassibilem deitate. Ut enim est in diuinitate perfectus, ita idem ipse & in humanitate perfectus est. In una enim substantia deitatem suscipimus & confitemur, quod dicunt Graeci, τὸν καὶ ὁ θεός οὐτοῦ οὐκοῦνεν. Ideo, eam quam secundum personam est unitatem. Et quoniam unigenitus filius & verbum Dei ante facula, & sine tempore de patre natus, idem ipse & in ultimis diebus descendens de celis, incarnatus de Spiritu sancto, & ex sancta atque gloria semper Virgine & Dei genitrice Maria, homo factus, Dominus noster Iesus Christus, proprie & vere Deus est: ideo & sanctam atque gloriosam Virginem Mariam proprie & vere Dei matrem esse dicimus: non quia Deus verbum, principium ex ipsa sumperierit, sed quia in ultimis diebus descendit de celis, & ex ipso incarnatus, & homo factus & natus est: quem confitemur & credimus (sicut dictum est) consubstantiam est e patri secundum deitatem, & consubstantiam nobis eundem ipsum secundum humanitatem: eiuldem miracula & passiones, quas sponte in carne sustinuit, agnoscentes. Suscipimus autem sancta quatuor concilia, idest trecentorum decem & octo sanctorum patrum qui in Nicæna urbe congregati sunt; & centum quinquaginta sanctorum patrum, qui in hac regia urbe conuenerunt: & sanctorum patrum, qui in Epheso primo congregati sunt: & sanctorum patrum, qui in Chalcedone conuenerunt, sicut ustra Apostolica fides docet atque prædicat. Omnes ergo Sacerdotes fequentes doctrinam Apostolice sedis vestre, ita credunt, & confitentur, & prædicant. Vnde properauimus hoc ad notitiam deferre vestra sanctitatis per Hypatium & Demetrium beatisimos episcopos, ut nec uestram sanctitatem lateat, que a quibusdam paucis monachis male & Iudaicè secundum Nestorij perfidiam denegata sunt.

ITEM SUBSCRIPTIO TALIS FVIT.

Deitas te conseruet per multos annos sanctissime ac religiosissime Pater.

COMMENT. VII.

REDDENTES honorem Apostolice Sedi. & infra.] Sustulit Eymericus similiter ab hoc editio initium & finem, ut ea tantum collocaret, que suo instituto apta erant, quod est (ut sapere dixi) cumulare multos fidei articulos & catholicas veritates. hoc autem fragmento tria potissimum docentur.

Christus uer. Christum unam esse de tribus sanctis Deus Maria Trinitatis personam subsistentem, quam Graeci byzantini appellant. Alterum, Christum in carne passionem vere pertulisse, impassibili deitate sem-

A per existente. Tertium & postremum, sanctissimam Mariam Virginem proprie & veraciter appellandam esse matrem Domini nostri Iesu Christi & beatissimam, hæ voluisse Imperatorem profiteri. series ipsa editio indicat. idem quoque docet & ipse joannes Papa in alia de ea re epistola scripta ad Senatores urbis Romæ, de duabus naturis adversus Eutychianistas, in qua luculentis scripture testimoniis, & sanctorum patrum assertiōnibus tres istas veritates ostendit, easq; in epistola Iustiniani contineri ait his verbis; Iustinianus si quidem Imperator filius noster, ut ex eius epistola tenore cognouisti, de his tribus questionibus orta certamina fuisse signavit, utrum unus ex Trinitate Christus & Deus noster dici possit; hoc est, una de tribus personis sancte Trinitatis sancta persona; An Deus Christus carne pertulerit impassibili deitate. An proprie & ueraciter mater Domini Dei nostri Christi Maria semper uirgo debat appellarī. Haec enus ibi. Extat illa epistola in quinto volumine Bibliothecæ patrum, cui Hæreticologia nomen est impositum.

Suscipimus autem sancta quatuor concilia. Idem in eis, sicut dicitur. 15. ubi egregium extat de autoritate horum conciliorum testimonium defumptum ex Beato Gregorio lib. 1. epistola 24. refert.

C Iuo Carnotensis par. 4. c. 117. de quib. videlicet Potum Patriarcham Constantinopolitanum in epistola ad Michaelem Bulgarię Principem, de septem conciliis œcumenicis.

EX EXTRAVAGANTIBVS
Comm. ti. de maior. & obedien.

BONIFACIVS VIII.

Omnes Christi fideles de necessitate salutis, subsunt Romanorum Pontifici, qui vitrumque gladium habet, & omnes iudicat a nemine autem iudicatur.

D N A M A sanctam Ecclesiam catholica, & ipsam Apostolicam, uirgente fide credere cogimur & tenere. Nosque hanc firmiter credimus, & simpliciter confitemur, extra quam nec salus est, nec remissio peccatorum, sponsio in Canticis proclamante, Vna est columba mea, perfecta mea: Vna est matri sue, electa genitrici sua, que unum corpus mysticum representat: cuius caput Christus: Christi uero Deus. In qua unus dominus, vna fides, vnu baptisma. Vna nempe fuit diluvij tempore arca Noe vna Ecclesia præfigurans, que in uno cubito cum summata, vnum (videlicet Noe) gubernatorem habuit & rectorem, extra quam omnia sublita tia super terram legimus fuisse deleta. Hanc autem veneramur & vnicam, dicente Domino in propheta, Erue a fratre Deus animam meam, psal. 11. & de manu canis unicam meam. pro anima enim idest pro scipo capite simul orauit & corpore, quod corpus vnicam, scilicet Ecclesiam nominauit, propter sponsi fidei sacramentorum, & charitatis Ecclesiae unitatem. Hæc est tunica illa

Inquisitorum cum Commentarijs.

35

Ioan. 19.

Ia Dominica inconsutilis, quæ scissa non fuit, sed forte prouenit.

Igitur Ecclesiæ vnius & vnicæ vnum corpus, vnum caput, non duo capita, quasi monstrum, Christus videlicet, & Christi Vicarius Petrus, Petriq[ue] successor. Dicente Domino ipsi Petro, Paſce oves meas, meas inquit, & generaliter, nō singulariter has vel illas, per quod commissione sibi intelligitur uniuersas. Siue ergo graci siue alii se dicant Petro, eiusque successoribus non esse commissos, fateantur necesse, se de ouibus Christi non esse: dicente Domino in Ioanne, Vnū ouile, & unicum esse pasterē. In hac eiulque potestate, duos esse gladios, spiritualem uidelicet & tem poralem, Euāgelicis dictis instruimur. Nam dicentibus Apostolis, Ecce gladii duo hic, in Ecclesiæ scilicet, cum Apostoli loquerentur, non respondit Dominus nimis esse: fed sat. Certe qui in potestate Petri, temporalem gladium esse negat, male verbum attendit Domini proferentis: Conuerte gladium tuum in uaginam. Vterque ergo est in potestate Ecclesiæ, spiritualis scilicet gladius, & materialis. Sed is quidem pro Ecclesiæ, ille uero ab Ecclesiæ exercendus. Ille sacerdos, is manu regum & militum, sed ad nutum & patientiam sacerdos. Oportet autem gladium esse sub gradio, & tem poralem auctoritatē spirituali subijci potestati. Nam cum dicat Apostolus: Non est potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt; non autem ordinata essent, nisi gladius esset sub gladio, & tamquam inferior reduceretur per aliū in suprema. Nam secundum beatum Dionysium, lex diuinatis, est infima per media in suprema reduci. Non ergo secundum ordinem uniuersi, omnia quæ ac immediate, sed infima per media, & inferiora per superiora ad ordinem reducuntur. Spiritualem autem & dignitate & nobilitate terrenam quamlibet precelere potestatem, oportet tanto clarius nos fati, quanto spiritualia temporalia antecellunt. Quod etiam ex deciminarum datione, & benedictione, & sanctificatione, ex ipsis potestatis acceptio ne, ex ipsarum rerum gubernatione, claris ocu lis intuemur. Nam, ueritate testante spirituali potestas, terrenam potestatem instituere habet, & iudicare, si bona non fuerit: sic de Ecclesiæ, & Ecclesiastica potestate verificatur uaticinium Hieremiae: Ecce constitui te hodie super gentes & regna: & cætera quæ sequuntur. Ergo si deuiat terrena potestas, indicabitur a potestate spirituali: sed si deuiat spiritualis minor, a suo superiore; si uero suprema, à tolo Deo, non ab homine poterit iudicari: testante Apostolo: Spiritualis homo iudicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur. Est autem hæc auctoritas (etsi data sit homini, & exerceatur per hominem) non humana, sed potius dittina ore diuino Petro data, sibiique suisque successoribus in ipso, quem confessus fuit petra firmata, dicente Domino ipsi Petro, Quocunq[ue] ligaueris, &c. Quicunq[ue] igitur huic potestati, a Deo sic ordinata, resistit, Dei ordinationi resistit, nisi

Joan. 21.

Luc. 22.

Math. 16

Rom. 13.

De dñi. no. mi.

Cant. 6

Hier. 1.

1. Cor. 2.

Matth. 16.

A duo (sicut Manicheus) fingat esse principia, qđ falso & hereticum iudicamus: quia testante Moise, Non in principijs, sed in principio celū Gen. 1. Deus creauit & terram: Porro subesse Romano Pontifici omni f̄ humanæ creaturæ declaramus † al. omnem dicimus, definimus, et pronunciamus omnino humana crea esse de necessitate salutis.

Dat. Later. Pont. nostri anno VIII.

COMMENT. TIII.

NAM a sanctam,] Bonifacius o-
tium postremo sui Pontificatus
tempore nempe anno Domini 1302.
Romæ hanc edidit decretalem, qua po-
tissimum docet tres Catholicas veri-
tates.

Prima est, Vnam esse Ecclesiæ Catholicam, & ipsam Apostolicam, & vnum eius gubernato-
rem videlicet Romanum Pontificem, eui omnes su-
besse oportet.

Altera est, Romanum Pontificem Vtrumque
habere gladium, videlicet spiritualem, & tempo-
ralem.

Postrema est, A Pontifice summo omnes iudica-
ri, ipsum vero a nemine. Eas nos more nostro bre-
uiter illustrabimus.

Primus articulus de fide est, quem iam olim
multi Romani Pontifices docuerunt, in primis ve-
ro Anacletus: qui a sancto petro Apostolorum
princeps fuit presbiter ordinatus, floruitque anno
Domini 101. epistola quadam omnibus Episcopis
missa incipiente. Benedictus deus. c. 3. in hac ver-
ba: Nam inter beatos Apostolos quedam fuit
discretio, q̄ licet omnes essent Apostoli, Petro
trmen a domino est concessum, & ipsi inter se
idipsum uoluerunt, vt reliquis omnibus p̄cesset
Apostolis, & Cephas, idest, caput & principium
teneret Apostolatus: qui & eadem formam suis
successoribus, & reliqui Apostoli episcopis re-
nendam tradiderunt. & paucis interpositis. Hæc
uero Apostolica sedes cardo & caput omnium
ecclesiarum a Domino, & non ab alio est consti-
tuta; & sicut cardine ostium regitur, sic huius
sanctæ sedis auctoritate omnes ecclesia Domi-
no disponente reguntur. Hactenus ibi. & ha-
betur in cap. sacro sancta. 22. distinct. idem decrevit
Zepherinus, & habetur in cap. ad Romanum. 2. q.
6. & Fabianus & Gelaſius eius nominis primus

epistola quadam 1. capite 11. & Leo Papa nonus
in epistola aduersus presumptiones Michaelis &
Acridani Episcoporum, cap. 12. & 13. & alij mul-
ti tum Romani Pontifices, tum sancti Patres, quos
omito consulto in re manifesta, cū catholicis nunc
potissimum scribam, qui Pontificum Romanorū &

sanctorum Patrum definitiones & dicta recipiunt. Papa utruq[ue]

b In hac eiulque potestate duos esse gladios.] gladium ha-

Hic ostendit secundam assertiōnem, de duplii Pon-

tificis gladio, quam & longo ante Bonifacium tem-

pore, & etiam postea alij Romani Pontifices tra-

diderunt. Innocentius III. in cap. venerabilem. de

elección. & Innocentius IV. in ca. ad Apostolicæ

definitiones & dicta recipiunt. Papa utruq[ue]

gladium ha-

bet spiritua-

lem & tem-

poralem.

de

de sententia & re iud. lib. 6. & Clemens V. in con-
cilio Vienensi, & habetur in Clementi Romani. de
iure iurian. ex quibus colliguntur impios esse, & Eccle-
siæ inimicos, qui haec vel non recipiunt, vel de his
male sentire uidetur, inter quos est Franciscus. Dua
venus lib. 1.c. 4. de sacris Ecclesiæ ministerijs. non
est itaque fas dicere Romanum Pontificem non ha-
bere verumque gladium, sive utramque iurisdictio-
nem videlicet spiritualiem & temporalem.

Ceterum cum hic articulus de dupli Romani Po-
tificis iurisdictione sit late patens: nec nostræ brevi-
tatis institutum eum hoc loco fuisus explicari per-
mittat, satis videbimus fecisse, si auctores & loca
indicauerimus, unde eius notitia haberri possit. de eo
ergo late tractant Doctores Canonista cum glossa
in cap. nouit, extra de indie. glossa, in c. causam que
qui filii sint legit. glossa super extrauagam. Nam
sanctam. de maio. & obediens de qua nunc agimus.
glossa & ibidem Doctores in cap. licet. extra de fo-
ro compet. gl. 1. in cap. V ergentis, de heret. Augu-
stinus de Ancona in summa de potestate ecclesiast. q. 46. ar. 2. Aluanus Pelagi lib. 1. c. 13. de plan-
eta Ecclesiæ. copiose Turrecremata in summa de ec-
clesia lib. 2. cap. 113. 114. & 115. idem apud Gra-
tianum in cap. cum ad verum. 96. dist. Iacobatus
tratt. de Concilio. lib. 10. art. 7. Caetanus in 2. par-
te Apologiae de potestate Papæ, cap. 13. ad. 8. arg.
Sotus lib. 4. senten. distin. 25. q. 2. ar. 1. & lib. 4. de
iustitia & iure q. 4. art. 1. Ferdinandus Vasquius
lib. 1. controversiarum illustrium, cap. 20. & 21.
Simancas de catholicis insti. tit. 45. de Papa. & Al-
bertus Pighius Campensis lib. 5. c. 16. Hierarchia
ecclesiast. &c. Restaurus Castaldus tratt. de impe-
ratore in diversis locis, Ioannes a Capistrano trac-
de Papa & concilij auctoritate, par. 2. partis secun-
dae principalis. Blasius Narraurus libro 1. de sacro
ecclesiæ principatu, cap. 7. & 8. Cassaneus in cata-
logo gloria mundi. par. 4. consideratione 7. & alij
quos longum est recensere.

Admonem tamen hic, non esse facile omni im-
auctorum præcitorium, aut aliorum de lice re dis-
serentium, recipiendam sententiam, (neque enim
eo animo eos retuli ut approbare) sed iudicio o-
pus esse.

c. Nam veritate testante, spiritualis potestas ter-
renam potestatem instituere habet & iudicare,
si bona non fuerit.] Hæc est postrema assertio ue-
luti superioris declaratoria, nempe, Romanum Pon-
tificem, iurisdictionem temporalem tunc exercere
in principes seculares, cum illi potestate sibi data
abstulerit, inde sibedit, sat non è conuerso illi Roma-
num Pontificem iudicabit. Pontifex enim Roma-
nus omnes iudicat, ipse autem a nemine iudicatur,
quod uno accusu docuerunt primi illi Romani Pon-
tifices, ut Silvester, & habetur in ea. nemo q. q. 3.
ibi: Nemo iudicabit primam sedem iustitiam
temperare desiderantem; neque enim ab Augu-
sto, neque ab omni clero, neque a regibus, ne-
que a populo iudex iudicabitur. idem Gelasius
Papa, & habetur in c. cuncta per mundum. q. q. 3.
ibi. Neque cuiquam de eius licet iudicare iudi-
cio. Idem Symmachus Papa, & habetur ibidem
in cap. qui aliorum & Vigilius Papa, & Nico-

A laus, & habetur in cap. nemini. 17. quest. 4. item
alijs, quos longum est recensere. Nostri tamen
primum casum excipimus, cum videlicet Romanus
Pontifex incidit in heresim. cap. si Papa. 40. dist.
at non desunt qui verisimiliter esse rati Papam ri-
te & canonice eleatum hereticum esse non posse,
de quo quid sentiam, explicabo infra part. 3. Super
quest. 25.

DE BAPT. ET EIVS EFFECTV
de uolumine maiori decretalium.

ALEXANDER III.

B Licet puer sit ter mersus in aqua in nomine Patris,
& Filii, & Spiritus sancti; si non sit dictum;
ego te baptizo in nomine patris, &c. non est ba-
ptizatus. Cap. 1.

C  I QVIS^a puerum ter in aqua im-
merserit in nomine Patris, & Filii,
& Spiritus sancti, amen: & non di-
xerit, ego baptizo te in nomine Pa-
tris, & Filii, et Spiritus sancti, amē:
non est puer baptizatus.

COMMENT. XL

a S I QVIS puerum ter in aqua immerserit.] Ideo retulit Eymericus, quia hec in hoc extra
ditur catholica veritas, nempe, vitiani baptismum
quotiens minister non exprimit alicum bapezandi:
non ergo intelligas vitiani baptismum ex omissione
pronominis, Ego, quod videtur indicare bie tex-
tus; sed vitiani ex omissione alicuius bapezandi: re-
quis omittitur verbis, baptizo, aut aliud eiusimi-
le, & solum diceret, in nomine Patris, &c. non con-
ferret baptismum: nam Greki sine expressione per-
sonæ ministri bapezantis vere conferunt baptismū
ut in concilio Florentino definitum est quangum
pronomen, ego, omitti non debeat. c. si quis sane, de
bapt. & eius esse. & glo. in sum. de conf. di. 4. Ult.
ergo definitio Romanus Pontifex, & licet quis mer-
git sine aspergat, aut effundat in nomine Patris, etc.
non exprimento verbo alicuius bapezandi, non ba-
ptizat. Si vero dicat, Baptizo te in nomine Patris
& Filii, & Spiritus sancti sufficit ad essentiam. c.
si quis presbiter. c. multi. & c. sanctum. de conse. dis.
4. & S. Tho. 3. p. q. 66. ar. 5. & Theologici communiter.
lib. sent. dis. 3. & ibi Dominicus Sotus. q. vni-
art. 5. dum tamen habeat intentionem saltum facie-
di quod facit ecclesia. c. solet. de cosecra. dist. 4. & c.
humanæ. 22. q. 5. & tradit concilium Trid. Sejj. 7.
de sacramentis in genere, cano. 11.

IDE M A L E X.

Si probabiliter dubitatur; an quis fuerit baptizatus
potest batizari forma hic expressa. Cap. 2.

D E quibus^a dubium est, an baptizati fue-
rint, baptizantur his uestibus premissis:
Si baptizatus es, non te baptizo: sed si
nondum baptizatus es, Ego te baptizo, &c.

COM-